


Ant

103







Singularis expectationis Iuueni,

HENRICO PHILIPPO,
 magnifici & excellentissimi viri, dn. D. IOAN-
 NIS, I. C^{ti} & Oratoris Cl^{mi}, SERENIS-
 SIMO nostro ab intimis consiliis
 F. ab VSLAR.

S.

D Robi adolescentis est, id omni animi con-
 tentione agere, vt placeat melioribus, & non nisi
 bonis carus sit: probi autem etiam, & piij filij, bono
 patri velle placere in omnibus, & ad patrem po-
 tissimum prædicari à laudatis desiderare: quorum illud iam
 inde agis à puero, hoc, cupere te à me fieri, ostendisti mihi pro-
 xiuè, nec impudenter tamen aut ambitiosè, ratus me tibi a-
 micum, in quo non es falsus, quando & ingenia amo, & pa-
 trem tuum colo, cuius filio velle, mihi esset necessarium, &
 intelligere quoq;, qui quemadmodum veram laudem merean-
 tur: quam iudicij dexteritatem & alij mihi tribuunt. Me-
 minerunt enim ab annis plurimis, me in litteris referre, quæ
 in re sint, nec verborum fucò quemquam magnum facere.
 Annui verò tibi statim. Quidni enim in re, tum æqua, tum
 facili? Tu enim non nisi vera velles, & quæ ita se habent, ex-
 ponere, non magni mihi sit negotij: imò veritatis est non so-

A 3

lum

lum simplex oratio, ut dicitur, sed nemini non ferè facilis: quod in fabris etiam videmus, quorum quisq; in arte sua disertus est. In hoc igitur tibi morem geram, ut primum mihi videbitur, neq; id tamen ex longo interuallo: nunc autem de patre tuo CL. V. Ioanne ab Vslar, ad te scribere visum fuit. Cum autem soleam ad tuos æquales, qui mihi in familiaribus cari sint, præcepta cuiq; conuenientia interdum mittere, tibi pro cohortatione patrem imitandum potius proponam. Hoc enim exemplum ad te omnium maximè pertinet, & pro omnibus atq; saluberrimis præceptis esse potest, & esse omnino debet. Quid enim dignius filio, quàm bonum patrem in omnibus æmulari? In bonis autem patres non solum mediocres, sed præstantissimi quoq; se superari iubeant, & optent. Hac enim vis est naturæ hominis, ut, se quisq; velit esse optimum (etsi pleriq; de bono aberrant prauitate iudicij, quando, quæ fortunæ sunt, principe loco falsò statuunt) se autem etiam meliores, siue feliciores liberos: simpliciter autem meliores, qui sunt optimi. In optimis pater tuus, cuius ego laudes hoc loco non decanto, sed modo attingam, quod tibi vsu sit, & ille quoq; non improbet, cum esset à puero ad humanitatem & ingenuas disciplinas educatus, te quoq; à teneris virtuti addixit & litteris: in eum etiam finem, quem ipse sibi in adolescentia proposuerat, & maturè adsecutus est, bono videlicet publico, quem, qui adipiscitur, neq; ille priuato excidere potest. Ita eruditum, in academiam Iuliam adolescentem misit, ubi, quas ille animi dotes in tempore sibi comparauit, earum tu quoq; nullam negliges. Namq; apud nos (quæ laus primùm redundat in sapientissimum *εὐεργέτην*, principem

Henricum Iulium) omnes regia disciplina dexterrimè traduntur, & perfectissimè, non minus priuatim, quàm in publicis auditorijs, vt si quis ex iuuentute quid desideret, id in se ipso potissimum desiderare, necesse habeat. Etenim non omnium est ea ingeniorum præstantia, neq; omnibus idem animus cognoscendi necessaria & sublimia: neq; fortè plurimum diligentia & assiduitas. In hoc autem loco, nisi patrem tibi, tanquam in tabula, ostenderem, multò sim uberior: neq; in diuersitate opinionum, hæc paucis verbis explicari posse videantur. Patrem igitur intuere, virum integrum, disertum, multiplici bona doctrinâ præditum, facundum, sapientem. Nouimus enim grauem & officij plenum: non solum audiuius disertum, sed & ab ipso scripta legimus, hac Musarum lingua, quæ prædicarent doctissimi viri: vnde intelligitur in scriptis veterum, & multis philosophiæ partibus studiosissimè versatus in adolescentia: scimus historia peritum: cumq; legum scientiam habeat, prudentiam quoq; plenissimam adeptus est, ut non minor sit in summis deliberationibus, quàm in causis, quæ legibus definiuntur. In tantorum bonorum possessionem non venit otiosus, aut compendio, aut annis pauculis. Fac, quod ille præstitit, & ipse idem tibi præcipiat, si verbis non faciat, quod facit haud dubiè: at exemplo: quibus vt instrumentis opus est ad summa, ea adolescens non primoribus labellis degustauit, sed perdidicit, seq; in ijs confirmauit, situm orbis cognouit, res gestas regum & rerump. non neglexit: sic accessit in regiam, & ad maxima negotia, quæ cum in annum trigesimum secundum tra-

Etet,

AB: 155265


ULB Halle 3
003 878 325



Sb.

V 17







36.



stationis Iuueni,

PHILIPPO,

mi viri, dn. D. IOAN-

IS Cl^{mi}, SERENIS-

intimis consiliis

SLAR.

tis est, id omni animi con-

placeat melioribus, & non nisi

bi autem etiam, & p^{ij} filij, bono

in omnibus, & ad patrem po-

s desiderare: quorum illud iam

e à me fieri, ostendisti mihi pro-

aut ambitiosè, ratus me tibi a-

quando & ingenia amo, & pa-

elle, mihi esset necessarium, &

modum veram laudem merean-

em & alij mihi tribuunt. Me-

mis, me in litteris referre, qua

co quemquam magnum facere.

dni enim in re, tum æqua, tum

velles, & quæ ita se habent, ex-

egotij: imò veritatis est non so-

A 3

lum